

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

CVII.


EGINONIS COMITIS FRIBURGENSIS LITERÆ DONATIONIS PRO ABBATIA TENNEBACENSI.

A N N O M C C X X X I V.

Ex autographo Tennebacensi.

Egino Dei gratia Comes de Urah. & Dominus in Friburg. omnibus in perpetuum geste rei noticiam. Cum. H. Sacerdos deuotus dictus de *Ersthein*, ex consensu fratris sui Magistri A. de *Andela*. Sacerdotis uites suas quas habuit in *Wimarstal*. beate virgini in Tennibach, & fratribus ibidem Deo feruentibus pro remedio contulisset animarum. nos quoque cum uxore nostra. a mercedis eterne Zelo succensi. quartam partem in eisdem uitibus. que nostri juris erat annuatim. dilectis ac familiaribus nostris predictis fratribus pie remisimus. perpetuo possidendam. duos tantum Calcios qui dicuntur Boti. Singulis annis pro Censu ab ipsis recepturi. Insuper hoc ordinauimus. ut in Comemoratione omnium fidelium defunctorum nostrorum & omnium Parentum nostrorum anniuersarium agant annuatim. Copiosius etiam quam consuetudo fit eodem Die jam. dictis fratribus refectionem ministrando. ut autem presens factum nostrum. a nullo Heredum nostrorum infringi ualeat in posterum presentem paginam in testimonium eis dedimus. sigilli nostri munimine roboratam. hujus rei testes sunt. Abbas Celle Sancti Petri. & Camerarius ejusdem loci. W. Monachus de Tennibach, Fr. C.

Torto. Nobilis. B. de Ellhibach. W. de Stophen. B. de Horn-
 berc B. de Reppenbach. H. de Valchenstein. R. de Offemmen-
 ningen. W. de Merdigen. Milites. H. Vazzarius. H. Sporlinus &
 filius ejus. C. Snewelinus. L. de Muncingen. F. Monetarius. So-
 man. H. Villicus de Herdern. B. de Lidringen. Ceningere. &
 alii quam plures. Acta sunt hec. Anno ab incarnatione Domi-
 ni M. C. C. XXXIII. in Castro Friburc. Regnante Domino nostro
 Jesu Christo.



CVIII.

LITERAE GREGORII PP. IX. AD PRINCIPES
 IMPERII DE SUSCIPIENDA IN TERRAM SANCTAM
 SACRA EXPEDITIONE.

ANNO MCCXXXV.

Ex registro literarum authentico Gregorii PP. IX. anni VIII. epist. 333. Romae.

GREGORIUS Episcopus servus servorum Dei.
 Dilecto filio Nobili Viro - - - Duci Auftrie, & Stirie
 salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum Mater Ecclesia multis excitetur Terre Sancte clamoribus,
 ut ejus miserando statui succursum celerem studeat impertiri, cui pre-
 standi subsidium oportunitas tollitur, nisi prius discordes in pacis foede-